



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 70. Iter, & adventus Imperatoris Constantinopolitani in Galliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

inobedientiæ pœnas dederunt; nam priusquam Romana limina salutarent, a militibus Comitum spoliati, alii trucidati, plures nobiles quoque sceminae stupratae fuerunt. Eorum, qui Romam venerant, innumeri pestilentia, quæ tum singulis diebus in urbe fere sexcentos homines abripiebat, perierunt.

§. LXX.

Iter, & adventus Imperatoris Constantinopolitani in Gallias.

*Monach.
S. Dionys.
l. 20. c. 1.*

Jam ab anno 1399. Urbs Constantinopolitana a Turcis obsessa cum extremo periculo lætatur. Pera enim, quæ quasi illius suburbium est, urbemque commeatu juvabat, hostium insultibus vix ultra resistere poterat. Ast Bucicaldus Mareschallus cum ducentorum virorum cohorte in auxilium submissus, suburbium, simulque urbem obsidione liberavit, Turcas repulit, & iterata velitatione profligavit. Cum vero militum

&

& stipendorum inopia laboraret, unacum Imperatore Emanuele in Gallias rediit, validiores suppetias postulaturus; relicto interim Constantinopoli Castro-Morando, qui urbem ab hostibus defenderet. Interea Dux Joannes Galeatius Vicecomes Palæologum Mediolanum transeuntem perhonorifice excepit, & in Galliam usque, ubi hoc anno advenit, amplo comitatu deducere jussit. Qui etiam Parisiis magnificentia Cæsareæ Majestatis digna receptus fuit, cumque novum peteret auxilium, ampla spe inaniter lactatus, nihil impetrare potuit, quam annum, quo vitam sustentaret, stipendium; Quippe Regis infirmitas, & mutua Principum dissensio in causa fuit, quod majora negarentur subsidia, licet integro biennio in Galliis moratus fuerit. Verum cum ei nuntiatum esset, quod Tamerlanes seu Temir-Lanc Bajazetem ingenti clade affecisset, ac captivum abduxisset, quodque Victor Emanuelem ad suas ditones redire cuperet, Imperator Regi, ton tique

tique Regiæ Familiæ ob ejus munificentiam, ac recepta obsequia gratias rependens valedixit, suumque iter aggressus est, postquam illum Rex Galliæ, Princeps usque ad vitæ suæ finem liberalis, splendidissimis muneribus cumulavit, simulque pro restaurandis suis terris eidem annum subsidium quatuordecim millium solidorum argenteorum destinavit, ac eum ducentorum armatorum comitatu in Græciam dimisit, injuncta eum deducendi Provincia Castro-Morando, qui non ita pridem Constantino- poli redux, Imperatorem, ut reverteretur, vehementer urgebat, fidemque dabat, se illum ad urbem suam incolumem reducturum. Hoc itinere Græcorum Imperator minus suis commodis, melius autem pluribus Europæ provinciis, & præcipue Italiæ prospexit, nam docti illi viri, qui Imperatorem comitabantur, liberalium artium Græcarum, atque latinarum studium, cultumque ad hæc regiones retulerunt.

*Monach.
Sandionys.
l. 22. c. 6.*